ἀθροιζομένων, καὶ λαμπραῖς γαννυμένων ἐσθήταις, αὐτὸς τῷ συνήθει τριχίνῳ κοσμούμενος, ὑποζυγίῳ τε ἐπιβὰς κἂν θηλείᾳ τὴν ὁδοιπορείαν ἀσμένως ἐποιεῖτο. ὡς δ' εἶδον ἅπαντες τὸν τηλικούτῳ πλούτῳ κομῶντα τὸ πρότερον τούτοις νῦν καλλωπιζόμενον, ἐξ αὐτοῦ μᾶλλον ἢ τῶν ἄλλων δρεψάμενοι τὴν ὠφέλειαν, εὐθυμίας ἁπάσης ἀνεπίμπλαντο. ὁ δ' ἐκθύμως συνασπίσας τῇ ἀληθείᾳ καὶ τὴν πλάνην καταστρεψάμενος, τῇ γενικωτάτῃ τῶν ἀρετῶν καλλυνόμενος, ἐπανῄει.

Τούτου τοῖς καλοῖς οἱ τῆς κακίας γεννήτορες βασκήναντες δαίμονες, μικρὸν τῆς νυκτὸς ἀφυπνοῦντι ἀνέδην ἐπικωμάζουσι, καὶ τῆς ὅλης χειρὸς τὸν ἀντίχειρα συὸς δίκην ἀγρίου τοῖς ὀδοῦσι λαβόμενοι, δριμεῖαν τὴν ἀλγηδόνα καὶ ἔκτοπον ἐνεποίησαν, τοὺς τῶν ὀδόντων τύπους ἐπαφέντες τῷ μέρει του σώματος. ὁ δὲ τῷ πρὸς θεὸν ἔρωτι καθηλούμενος, καὶ τῆς ἐκείνων μοχθηρᾶς ἐπινοίας ὑπάρχων ὑπέρτερος, οὐδ' οὕτως ἐντρυφᾶν τῷ γεγονότι τοὺς βασκάνους ἐνέδωκε δαίμονας· ἀπομυρίσματι δὲ ξύλων τιμίων, ὡς εἶχε σπουδῆς, ἐπιχρίσας, χεῖρα τὴν πάσχουσαν, ἐλευθέραν παντὸς θᾶττον ἢ λόγος ἐναπέδειξε μώλωπος. ὢ τοῦ θαύματος· χάρις γὰρ θεία διηνεκῶς τοῖς ἐκείνου πόνοις ἐπαναπαυομένη, καὶ τρόποις ταπεινοῦ τοῦ φρονήματος, ἀποστολικῶν χαρίτων τῇ δωρεᾷ κατε-

1. ἐσθῆσιν mg. Par. sed scriptor barbaram formam praetulisse videtur. 3. ἴδον Par. 8. γεννηκοτάτῃ Par. ἐπανίει Par. 9. τῆς] τοῖς Par. h. l. et mox. 13. ἀνεποίησαν Par.

set, ad eam ipse quoque cum aliis patribus vocatus est. cumque omnes equis praestantibus, et splendidis vestimentis ornati venirent, ipse solito cilicino sacco indutus, ac asinae insidens, laetus iter suscepit. sed cum omnes viderent eum, qui prius omnibus divitiarum copiis abundaverat, vili nunc habitu gloriantem, maiore ex illo, quam ex reliquis, percepta utilitate, ingenti laetitia repleti sunt. ipse vero strenue propugnata veritate, ac errore everso, fide, quae virtutum generalissima est, inclytus rediit.

Verum cum malitiae auctores daemones praeclaris ipsius factis inviderent, ei nocte parumper dormienti impudenter illudere conati sunt. manus enim ipsius pollicem, tanquam sues agrestes, dentibus corripientes, acerbum dolorem inusserunt, in eaque corporis parte luxata, dentium vestigia reliquerunt. at ille dei amore confixus, et nequitia daemonum animum gerens superiorem, ne sic quidem ea re gloriari invidos daemones permisit. sed quam propere licuit pretiosorum lignorum ungento manum luxatam ungens, dicto citius omni plaga liberam reddidit. o rem miram! gratia enim divina illius semper laboribus summissique animi motibus praesens, apostolicorum

λάμπρυνε, καὶ ἐξαισίων θαυμασίων τερατουργὸν ἐνειργάσατο. εἰ μὲν οὖν πάντα λέγειν ἐθελήσω ὅσα θεία χάρις τούτῳ δεδώρητο τὴν ἐνοίκιαν ἀσπασαμένη, τούς τε τῶν ἐγκωμίων ἐπιλυμανοῦμαι νόμους, καὶ ὁ λόγος διαλυθεὶς ὡς ἐν μεγάλῳ πελάγει πλέων οἰχήσεται. εἰ δὲ τὰ πλείω παρεὶς ὀλίγων ἐπιμνησθήσομαι, καὶ ὁ λόγος ἕξει τὸ ἀσφαλὲς ὥσπερ ἐπὶ κρηπῖδος ἐρηρεισμένος, κἀκ τῶν ῥηθέντων ἀκριβεστάτην ἕξει καὶ τὰ ὑπολειφθέντα τὴν δήλωσιν.

Ἀγρίου δαίμονος ἐπιφορᾷ τίς τῶν ἐκεῖσε πολιορκούμενος, φρενῶν ἔρημος ἐξαίφνης καθίσταται· καὶ τὰς οἰκείας κατεσθίων σάρκας ὡς ἀλλοτρίας, βαρὺς ἑκάστῳ τῶν προσιόντων ἐδείκνυτο. δεσμῷ τοῦτον περιβαλόντες πλείονες καὶ πέδαις ἀσφαλισάμενοι φρουρᾷ παρενέβαλον, φύλακας ἐπιστήσαντες· ἀλλὰ μιᾶς ἑσπέρας πρὸς θεὸν ἱκεσία τοῦ παραλυποῦντος ἀποδείξασα ἐλεύθερον, τῶν πεδῶν ἐκπεσόντων ἀθρόον τοῦ σώματος, πρὸς τὸ κυριακὸν σωφρόνως ἐπανιόντα παρέδειξεν, τὸν πρὶν παραπλῆγα καὶ πᾶσι δυσάντητον. χρεία τις ἐκάλει τὸν ὅσιον πορευθῆναι πρὸς τὸ πολίχνιον, καὶ δὴ πορευθέντος χειμὼν ἐπιπίπτει παράδοξος, κύμασί τε πολλοῖς ἐξογκώσας τὴν θάλατταν καὶ ἄγριον ἀνεγείρας τὸν κλύδωνα, τὴν ἐπάνοδον ἀπετείχιζεν. ὁ δὲ τῇ συνήθει κρατυνόμενος πίστει, τῷ τὴν ἰδίαν ἐκπληροῦντι διακονίαν φησίν, ἄγγειλον τῇ συνδούλῃ χα-

7. ἐρειρισμένος Par.

eum munerum gratia illustrabat, rerumque admirabilium effectorem praestabat. equidem si omnia, quae divina gratia in hoc sancto viro inhabitans elargita est, munera enumerare voluero, et laudandi leges transiliam, et oratio mea instar navigii in ingenti pelago magis dissolvetur. quod si pauca quaedam, pluribus omissis, commemorabo, et oratio tanquam littora legens in tuto versabitur, et ex iis quae dicta fuerint, reliqua facile coniicientur.

Cum saevi daemonis impetu quidam illic sodalium opprimeretur, repente mentis vim amisit: carnesque proprias velut alienas lanians, cunctis adeuntibus molestus existebat. itaque vinculis et compedibus revinctus, custodiae plurium consilio adhibitis custodibus traditus fuerat. at vesperae unius fusa ad deum supplicatio, a vexante spiritu liberatum, vinculis repente dissilientibus, ad ecclesiam sana redeuntem mente ostendit, eum, qui prius mente captus, gravis omnibus erat ad occursum. usu venit, ut vir sanctus ad oppidum quoddam maritimum accerseretur: sed in medio cursu tempestas ingens oborta est, qua pelagus immane quantum intumuit; saevoque excitato fluctu insuperabile iter redeunti effecit. at vir sanctus solita fide fretus, proprium explenti ministerium ait: conservo mari denuncia, ut frae-

λάσαι τὸν κλύδωνα καὶ τὰ νῶτα ἡμῖν ὑφαπλῶσαι γαλήνια, ἵνα τὴν οἴκαδε πορείαν ἠρέμα ποιήσωμαι· καὶ θᾶττον ἢ λόγος ἐπακολουθεῖ τὸ ἔργον, τὸν Χριστὸν καὶ θεὸν ἡμῶν ὡς ἐν πᾶσι κᾀν τούτῳ δεικνύων ἐπαληθεύοντα, μείζονα ποιῆσειν τοὺς οἰκείους θεράποντας τοῦ ἰδίου δεσπότου διατεινόμενον. πᾶσι δὲ τοῖς ἄλλοις λαμπόμενος κατορθώμασι, τῆς τῶν πενήτων ἐπιμελείας πλείονα φροντίδα τῶν ἄλλων ἐτίθετο· φιλαδελφίᾳ δὲ πλείστῃ τῶν ἄλλων κοσμούμενος, τὸν ἐξ αὐτῆς φυόμενον ἔλεον διαφερόντως ἠσπάζετο. καὶ δὴ τοῖς προσιοῦσι χεῖρα κιχρῶν σωτήριον, μησὶ τέσσαρσι τὸν προσόντα τῇ μονῇ σῖτον, μηδὲ τοῖς οἴκοι δυνάμενον ἐπαρκεῖν ἀφειδῶς ἐξεφόρει. τοῦ δὲ τὴν διακονίαν διέποντος ἐπὶ τούτῳ δυσχεραίνοντος, καὶ μηδὲ τοῖς οἴκοι δυνάμενον διαρκεῖν τοῦτον ἐπομνυμένου, πρᾳείᾳ φωνῇ τὸν σῖτον ἀριθμῆσαι διακελεύεται. ὁ δὲ τοῦτο διαπραξάμενος, εὗρεν ὡς πρὸ τῆς διαδόσεως, μηδενὸς μεδίμνου τὸ συνόλον ἐπιλείψαντος. ἀλλὰ γὰρ ῥᾷον κύματα θαλάττης ἐξαριθμεῖν, ἢ κοτύλῃ πέλαγος ἐκμετρεῖν, ἢ τὰς ἐκείνου τῶν θαυμάτων νιφάδας ἐγκωμίων λόγοις περιλαβεῖν. διόπερ ἄλλοις ἄλλας ἐκφράζειν ἀφείς, ἐπὶ τὰ κυριώτερα τοῦ λόγου μετελεύσομαι.

Πᾶσι μὲν οὖν τὸ τῆς ἐκκλησίας λήϊον ἤνθει καλοῖς· δόγμασι μὲν ὀρθοδόξοις ὡς μάλιστα καταρδόμενον, ἀναλόγοις δὲ

4. *τουτο* Par. 11. *ἀφοιδῶς* Par. 14. *πρατείᾳ* Par.

net tempestatem, et fluctus tranquillos reddat, quo iter nostrum placide conficere valeamus. atque ita confestim effectum est, ut Christus ac deus noster hac item in re, quemadmodum in reliquis omnibus, vera dixisse demonstraretur, cum maiora servos suos, quam ipse faceret, pollicitus est effecturos. caeterum cum omnibus virtutibus excelleret, curandis tamen et sublevandis pauperibus maiorem diligentiam adhibebat. cum enim amore fraterno maxime teneretur, misericordiam ex eo proficiscentem in primis complectebatur. ac sane salutarem accedentibus manum porrigens, quarto mense quod monasterio suppetebat frumentum, modicum illud, ut vix familiae usibus sufficeret, large effundebat. cumque minister rem aegre ferret, atque illud ne familiae quidem satis esse iureiurando affirmaret, miti voce frumentum numerare iubet. quod ille cum fecisset, nullum acervo modium deesse comperit. verum facilius sit, undas maris enumerare, aut cava manu pelagus dimeteri, quam res ab illo gestas admirabiles oratione complecti. quamobrem aliis alia relinquentes commemoranda, quae rei institutae magis conveniunt, ac praecipua sunt, prosequemur.

Ecclesiae ager bonis omnibus abundabat. nam et rectis institu-

τούτοις πιαινόμενον πράξεσι. καὶ βασιλεῖς μὲν θεοφιλεῖς τούτοις, ἢ τῷ προσόντι τῆς βασιλείας ὄγκῳ μεγαλαυχούμενοι διεδείκνυντο· ἀρχιερεὺς δὲ ὁ μέγας τῆς ὑψηλῆς ἐπειλημμένος καθέδρας, τὰς τῆς ἀρετῆς λαμπηδόνας γῆν ἐπὶ πᾶσαν, ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ, διεπύρσευεν· οἱ δ' ὑπ' αὐτὸν τελοῦντες ἀρχιερεῖς ἀμέμπτως τὴν οἰκείαν ἕκαστος ποίμνην οἱονεί τινα ὁλκάδα πρὸς γαληνίους λιμένας ἐπηδαλιούχει· οἱ δὲ τῶν σεμνείων προστάται, ὧν πρωτοστάτης ὑπῆρχε καὶ καθαρώτατος ἥλιος ὁ θαυμάσιος, τὴν ἐς οὐρανὸν φέρουσαν τοὺς ὑπ' αὐτοῖς ἐκδιδάσκοντες τρίβον, γυμνὸν κτημάτων ἐδείκνυον τὸν πρότερον κακῶς δυναστεύσαντα. ἀλλ' οὐκ ἤνεγκεν ὁρᾶν ὄφις ὁ βάσκανος τηλικούτοις ἐπανθεῖν τὴν ἐκκλησίαν καλοῖς, τὴν δὲ τῶν πολλῶν ἁμαρτίαν συνεργὸν προσκτησάμενος, συγχωρήσει θείᾳ τὸ ταύτης κάλλος ἐπιλυμήνασθαι διανίσταται. ἄνδρα γοῦν ἐπιζητῶν τῆς ἰδίας σκαιότητος ἁπάσης χωρητικόν, ἐφευρίσκει πλέον ἢ ἐβούλετο· Λέοντα τὸν ἐξάγιστον, ὃς Ἀρμενίοις τε καὶ Ἀσσυρίοις ἐπαναφέρων τὸ γένος, τῶν μὲν ἐπλούτει τὸ ὕπουλον καὶ κακοηθές, τῶν δὲ τὸ θηριῶδες εἰς ἅπαν ἐκμιμούμενος, μᾶλλον μὲν οὖν μακρῷ τῷ μέσσῳ τούτους ὑπερβαλλόμενος, θηριωδείᾳ μὲν ἐξενίκα τὸ ὕπουλον, ὑπουλότητι δὲ τὸ θηριῶδες παρέτρεχεν· ἕτοιμος μὲν ψεύσασθαι, δεινὸς δ' ἐπι-

2. post τούτοις fortasse excidit μᾶλλον. 3. Nempe Michael Rancabus. Par. mg. 5. S. Nicephorus patriarcha: non Leo III. Rom. pontif. ut inepte notatum apud Surium. Par. mg. 13. προστητησάμενος Par. 20. θηριωδία Par. 21. ἐπιθῆναι Par.

tis sanaque doctrina instructus erat, et factis congruentibus affluebat. ac quidem religiosissimi imperatores, pietatis studio potius, quam imperii amplitutine gloriabantur. porro magnus pontifex sublimem cathedram consecutus, virtutis lumina per universum orbem terrarum accendebat. qui autem sub eo erant antistites, suos quique greges sine reprehensione tutos in portus perducebant. monasteriorum denique praesides, quibus tanquam sol nitidissimus admirandus hic vir praelucebat, viam in caelum ducentem docentes discipulos, nudum opibus eum, qui male prius dominatus esset, religiosa abdicatione monstrabant. sed invidus serpens ecclesiam tam multis bonis florentem videre non poterat, exque plebis peccatis occasionem arripiens, ita permittente deo, ecclesiae pulchritudinem pervertere aggressus est. verum cum propriae perversitatis ministrum idoneum quaereret, aptiorem invenit, quam optabat: Leonem, inquam, scelestissimum hominem, qui ab Armeniis et Assyriis genus ducens, alterius gentis dolos ac morositatem, alterius feritatem numeris omnibus absoluta imitatione expresserat: imo vero longo eos intervallo superans, feritate

θεῖναι πίστιν τοῖς ἐψευσμένοις ἀρετὴν ἡγούμενος τὴν ἀπάτην, καὶ ταύτῃ κατὰ τῶν οἰκειοτάτων χρώμενος· ὃς τῆς μειλιχίου καὶ πολλὰ τιμησάσης κατεξαναστὰς βασιλείας, ἐξωθεῖ μὲν τῆς ἐκκλησίας τὸν παγκόσμιον καὶ ἄδυτον ἥλιον, συνεξωθεῖ δὲ τούτῳ τῶν ἀρχιερέων μικροῦ δεῖν τοὺς ἅπαντας· καὶ τὴν ἀνέκαθεν ἐξ ἀποστόλων ταύτην παράδοσιν παρ' οὐδὲν ἡγησάμενος, ἐξορύττει μὲν Χριστοῦ τῆς θείας σαρκὸς τὸ ὁμοίωμα· συνεξορύττει δὲ τῆς τούτου μητρὸς καὶ πάντων τῶν ἁγίων τὰ σεπτὰ εἰκονίσματα, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ψηλαφητοῦ σκότους ἐμπίμπλησι, πολλῷ τοῦ παρ' Αἰγυπτίοις χαλεπωτέρου. ἐντεῦθεν τῇ ἑλληνικῇ βίᾳ τὴν προγονικὴν ἀναμίξας ἀπόνοιαν, ἐλάλει μὲν εἰς ὕψος ἀνομίαν τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον Ῥαψάκην ὑπερβαλλόμενος· τὴν πόλιν δὲ θεοῦ, τὴν ἐκκλησίαν φημί, πολλοῖς κατασείειν ἐπεχείρει τοῖς μηχανήμασι. πολιτεία μὲν οὖν εὐθὺς ἅπασα τῷ τῆς ἐκείνου βίας ἐναυάγει κλύδωνι, μηδ' ἀντισχεῖν ἐγχειρήσασα· οἱ δὲ τῷ ὕψει τῶν ἀρετῶν χειραγωγοῦντες τοὺς ἄλλους πρὸς τὰ οὐράνια, τοῖς τῆς πονηρίας ἐκείνου παρεσύρησαν κύμασι, εἰ καὶ μεταμελείᾳ τὴν ἧτταν ἀνεκαλέσαντο· οἱ δὲ τῶν ἐπὶ γῆς καὶ ἑαυτῶν ἀφειδήσαντες, καὶ φρενῶν ἀγχινοίᾳ τὴν πονηρίαν ἐκνικήσαντες, οἱ μὲν λιμῷ προσεκαρτέρουν, οἱ δὲ μάστιξι ἀνηλεῶς ᾐκίζοντο, ἔσθ' ὅτε καὶ νυκτὶ θαλάττῃ παραπεμπόμενοι.

8. τῶν om. Par. 13. Iesai. 36. v. 2.

dolos, dolis feritatem vincebat: ad mentiendum promptus, et ad persuadendum ea, quae mentiebatur, aptissimus. fraude loco virtutis utebatur, eamque adversus coniunctissimos exercebat. hic in blandum, ac qui multum ei honoris habuerat imperatorem consurgens, ornatissimum ac qui nunquam occidat ecclesiae solem eiicit, ac cum illo omnes fere exturbat antistites. hanc itaque ab apostolis per manus traditam institutionem spernens, divinae carnis Christi imaginem exscindit; idemque in matris eius, ac sanctorum venerandas imagines committit; ac ecclesiae graviores longe Aegyptiacis, densissimasque tenebras offundit. hinc tyrannorum quos tulit gentilitas violentiae patrium astum admiscens, ac veterem illum Rapsacem superans, iniquitatem in sublime loquebatur; et civitatem dei, quae est ecclesia, multis machinamentis dolisque concutere studebat. statim itaque omnis res publica illius violentiae procella naufragium facere, cum ne obniti quidem conaretur. qui virtutum quo praestabant merito reliquis ad caelestia duces erant, illius nequitiae fluctibus secus agi, astuque decipi, tametsi poenitentiae remedio noxam resarcivere. qui autem res terrenas, seque ipsos contemnentes mentis solertia scelus vicerant, qua fame conficiebantur, qua verberibus dire excruciabantur: nonnunquam etiam noctu coniiciebantur in mare.

Τότε δή, τότε πρὸς πόλιν καλεῖται καὶ ὁ θαυμάσιος, οὐ τυραννικῇ καὶ βιαίᾳ χειρί, ἀλλὰ θωπείαις ταῖς ἐξ ἔθους δῆθεν ἐκμαλασσόμενος. κατ' ἐχθρῶν, φησίν, ἐκστρατεία μοι παρέστη, καὶ δέον ταῖς εὐχαῖς κατοπλισθέντα πρότερον, οὕτω συμμῖξαι τοῖς πολεμίοις. ὁ δὲ τὸ τῶν τρόπων κακόηθες ἐπιστάμενος, νεφρῷ πολυχρονίῳ καὶ δυσουρίᾳ τρυχόμενος· ὄργανα γὰρ διὰ τοῦ φυσικοῦ ὑπονόμου τῇ κύστῃ παραπεμπόμενα, καὶ τοὺς ἐγκειμένους ἐν ταύτῃ διαθρύπτοντα λίθους, τοῖς ἐκτὸς παρεπέμποντο, τὴν ἔξοδον τῷ ὑγρῷ περιττώματι, ὡς δυνατόν, ἀκώλυτον μηχανώμενα. τούτοις οὖν τρυχόμενος καὶ κλινήρης διὰ βίον ὑπάρχων ἀκατίῳ περαιωθεὶς πρὸς τὴν βασιλίδα πόλιν ἐγκαθορμίζεται. τοῦτο δὴ μαθὼν ὁ ἐξάγιστος, τοιάδε τούτῳ διά τινος τῶν οἰκειοτάτων δηλοῖ· εἰς ὄψιν γὰρ ἀγαγεῖν, τὸ στεῤῥὸν οἶμαι τοῦ ἀνδρὸς διενθυμούμενος, ἠρυθρία. εἰ μὲν πειθήνιος ἥκεις ταῖς ἐμαῖς ἱκεσίαις, (χρηστὰς γὰρ ἡμῖν ἐλπίδας τὸ σὸν προσηνὲς ἐντίθησιν) ἴσθι τοσούτων καταπολαύσων καλῶν, ὅσον εἰκὸς ἐπαπολαύειν τοὺς τῆς οἰκείας φιλονεικίας βασιλικὴν συμβουλὴν καὶ παράκλησιν ποιουμένους ἐπίπροσθεν· τῆς τε σῆς μονῆς παντοίοις ἐξαιρομένης χαρίσμασι, καὶ τῶν σῶν συγγενῶν τιμῆς μεγίστης καὶ παῤῥησίας ἠξιωμένων, τὰ πρῶτα τῆς ἐμῆς φιλίας οἴσεις καὶ

4. *παρίστη* Par. 10. *μηχανώμενοι* Par. 17. *καταπολαύων* Par.

Tunc igitur, tunc ad certamen vocatur etiam vir admirandus, non quidem manu tyrannica, et ut illata vi adducatur; sed ut tyranno consuetis blanditiis ac dolis ad iter inducatur. adversus hostes, aiebat, belli mihi moles incumbit: sed ante quam manus cum illis conseram, precum tuarum praesidio muniar necesse est. Theophanes autem cognita hominis malitia, quamvis renum et urinae difficultate laboraret (instrumentis enim per naturalem cuniculum in vesicam admissis, quae lapides insidos commolirent, humidis excrementis exitum praebebat) ac cum maximis molestiis vexaretur, inque lectulo aegrotus assidue decumberet, scapha tamen ad urbem regiam traiecit. quod cum scelestissimus ille intellexisset, sancti viri aspectum (eius puto constantiam animo reputans) veritus, per unum aliquem maximae inter illius domesticos fidei, haec illi significat. si venisti, ut mihi morem geras (morum enim qua praeditus es lenitas, ut de te id sperem, facile suadet) scito tam multis te bonis fruiturum, quam multis eos frui par est, qui propriae voluntati imperatoris voluntatem et consilium anteponunt: tumque monasterio tuo omnis generis muneribus aucto, tum propinquis tuis maximis dignitatibus favoreque regio condecoratis, primas apud me amicitiae ac auctoritatis partes ipse con-

παρρησίας· εἰ δέ, ὃ μηδὲ λογίσασθαι θέμις, τὴν οἰκείαν ἔριν τῆς ἐμῆς ἱκεσίας προτιμησάμενος, ὑπερόπτης μὲν τῆς ἐμῆς συμβουλῆς, ὑπερόπτης δὲ τῶν προτεινομένων γενήσῃ καλῶν, ἄκων διαπραξάμενος ἅπερ ἑκὼν οὐ βούλει, σαυτῷ μεγίστης αἰσχύνης καὶ δυσβουλίας ἔσῃ παραίτιος.

Ὁ δὲ θειότατος τῆς εὐηθείας τῶν λεγομένων ἐκμυκτηρίσας τὸν εἰρηκότα, τοιοῖσδε λόγοις ἀμείβεται τὸν πεπομφότα· χρημάτων μὲν καὶ κτημάτων, καὶ ὅσα τῆς παρούσης ἐστὶ καλὰ βιοτῆς, οὐδενὸς ἐν χρείᾳ καθέστηκα· οὗ γὰρ νεάζων ἀπεσεισάμην δυνάμενος χρῆσθαι, τῷ Χριστοῦ κεκρατημένος ἔρωτι, πῶς ἂν γηραιὸς ἐπ' ἀθετήσει τοῦ ποθουμένου προσδέξομαι; καὶ ταῦτα τῶν ἐπικειμένων νοσημάτων τῷ σώματι ταχεῖαν μηνυόντων τὴν ἔξοδον καὶ τὴν κτῆσιν τούτων ματαίαν ὑπεμφαινόντων· μονῆς δὲ καὶ συγγενῶν θεῷ μελήσει, ᾧ καὶ παρατίθημι τούτους, τῷ κρειττόνως ἐπικουρεῖν δυναμένῳ ἢ βασιλεῖς τε καὶ ἄρχοντες. εἰ δὲ νόσοις καὶ γήρατι θαρρυνόμενος, αἵ με νῦν συνέχουσι, μορμολύττοις ταῖς ἀπειλαῖς καὶ δειματοῦν ἐθέλεις, καθάπερ σκυτάλῃ τὰ ἀγενῆ τῶν μειρακίων οἱ παιδευταί, ἁπτέσθω πυρά, ἑτοιμαζέσθω στρεβλωτήρια, καὶ πρόθεσιν ἅπασαν ἐκνικῶντα καὶ τρόπους μηχανημάτων παρατρέχοντα, ὅπως εἰδῇς ἐν ταῖς ἐμαῖς ἀσθενείαις τὴν τοῦ Χριστοῦ τελειουμένην σαφέστατα δύναμιν. αὐτὸς πρὸς τὴν πυ-

3. βούλῃ Par. 5. δυσβουλείας Par.

sequeris. sin, quod vix cogitare fas est, pervicaci animo tuo preces meas posthabueris, et consilium meum neglexeris, ac quae tibi proponuntur, bona fueris aspernatus, invitus faciens, quae volens recusas, maximi tibi ipse dedecoris ac calamitatis auctor existes.

Ad haec vir divinus, perspecta dictorum stultitia, auctoremque irridens, ita nuncio respondet. ego nec pecuniis, nec possessionibus, aut ullis aliis vitae huius bonis indigeo. quae enim adolescens, cum iis frui possem, amore Christi inflammatus repudiavi, ea iam senex quomodo complectar, ac eum cuius desiderio teneor, contemnam? praesertim cum corpus morbis confectum sit, ut vitae finis procul abesse non possit, et haec inania esse constet. quod autem ad monasterium propinquosque pertinet, id deo erit curae, cui utrosque commendo: et quibus deus melius, quam imperatores et principes, consulere potest. quod si, quemadmodum pueros parum generosos magistri scutica perterrefaciunt, ita tu me morbo et senectute confectum, minis territum iri speras, rogus accendatur, tormenta parentur, et omnia cruciatuum genera, eaque eiusmodi, ut vim omnem propositi superent, artificiososque cunctos modos excedant; ut scias planissime, Christi virtutem in meis infirmitatibus perfici. ego qui in terra gradi

ῥὰν ἐλθεῖν ἐπειχθήσομαι, ὁ γῆς ἐπιβῆναι ὅλως οὐ δυνάμενος, τὴν ἐπικειμένην ἀσθένειαν ἐκνικήσας τῇ προθυμίᾳ.

Ταῦτα μαθὼν ὁ τρισάθλιος, κατεπλάγη μὲν οἵης τοῦ γενναίου ψυχῆς τὸ παράστημα· οὐ μὴν ἀπέγνω τὴν νίκην, τῷ γενναιοτάτῳ τῶν παρ' αὐτῷ θαρρῶν ἀθλητῶν, ὃς γοητικαῖς τῷ ὄντι καλλωπιζόμενος μαγγανείαις καὶ σοφιστικαῖς δῆθεν ἐκεκαλλώπιστο τερατείαις, ταῖς Ἑλλήνων οἰωνοσκοπίαις καὶ ταῖς δι' ἥπατος μαντείαις ἐπὶ πλείω μεγαλαυχούμενος, ἢ τοῖς μαθήμασιν. οὗτος πρὸς τὸ τῆς ἀσεβείας ἑλκύσας τὸν δύστηνον βάραθρον, τὰ πρῶτα παρ' αὐτῷ τῆς δυναστείας ἐκέκτητο. τούτῳ τὸν μακάριον ἐκδίδωσι, ἁλῶναι πάντως τῇ ἴϋγγι τῶν τούτου λόγων οἰόμενος. ἀλλ' ὄνος ᾄδων πρὸς λύραν ἡλίσκετο· καὶ τῇ ἀμάχῳ τοῦ ἀνδρὸς παρρησίᾳ τῶν λόγων καταπλαγείς, πρὸ συμπλοκῆς τὴν ἧτταν ἠσπάζετο, καὶ τῷ κρατοῦντι διήγγειλεν ὡς κρείττων παντὸς λόγου καὶ ἀπειλῶν ὁ ἀνήρ, καὶ τοὺς ἤδη πεισθησομένους ἐπιμείνας τῷ τόπῳ ἀνακόψει τῆς ἐγχειρήσεως. ὢ γνώμης ἀδάμαντος στερροτέρας καὶ ἀνυπείκτου πᾶσι τοῖς κατὰ τῆς ἀληθείας μηχανήμασιν. ὢ φίλτρον περὶ τὸν κτιστὴν ἀκόρεστον, ὑπὸ μηδενὸς τῶν τοῦ βίου πειρατηρίων διαλυόμενον. ἀλλ' οὐδ' ὡς ἀπέληγε μάχης ὁ τυραννικῆς ὠμότητος ἔμπλεος· τοῖς τῶν Ἐλευθερίου δὲ ἀνακτόροις

3. οἵης] fort. τῆς. 7. ἐκκαλλώπ. Par. 15. κρείττω Par. 16. πειθησομένους Par.

non valeo, valetudinis infirmitate superata, in rogum promptus insiliam.

His auditis, turpissimus ille constantiam quidem animi fortis admiratus est; de victoria tamen spem non abiecit, hominis inter suos dolis strenuissimi fretus suadae vi: is nempe magorum praestigiis, ac sophistarum imposturis, Graecorumque auspiciis, atque iecinoris inspectionibus, quam disciplinis instructior erat; cumque miserum hominem in impietatis barathrum traxisset, apud eum valebat plurimum. huic beatum tradit Theophanem, sperans illius verborum lenocinio omnino deceptum iri. verum tanquam asinus ad lyram deprehensus est. invictam itaque viri sancti dicendi libertatem vehementius admiratus, antequam congrederetur, se victum esse confessus est: nunciavitque imperatori, eum praestantiorem esse, quam ut oratione, aut minis ullis superari posset: quin etiam si ibi diutius commoraretur, fore, ut aliorum animos in sententiam iamiam concessuros, a proposito absterreret. o mentem adamante firmiorem, et nullis cedentem machinis oppugnantibus veritatem! o amoris vim erga creatorem incredibilem, quae nullis vitae tentationibus dissolvi potuit. caeterum ab impugnatione non destitit homo tyrannica plenus crudelitate: sed virum sanctum in Eleutherii palatio includi iubet, adhibitis custodi-

ἀσφαλεστάτῃ φρουρᾷ παραδίδωσι, φύλακας ἐπιστήσας, τοῦ μή τινα τῶν οἷς αἰδὼς τῆς φύσεως πρόσεστι παραμυθίαν ἐμποιῆσαι τῷ διὰ Χριστὸν κακουμένῳ. σῶμα μὲν οὖν λιμῷ πολυχρονίῳ τηκόμενον κατὰ μέρος πρὸς φθορὰν ἠπείγετο, καὶ αὐτὴν τὴν ὀξεῖαν τελευτὴν ζημιούμενον· νόσοι δὲ τῆς τῶν ἰατρῶν ἐπικουρίας ἐλευθερίαν εὑράμεναι, ἀλγεινότερον ἐπεκώμαζον, κατὰ πολὺ τῆς ζωῆς ἰδιοποιοῦσαι τὴν τελευτήν. ἀλλ' ἡ διάνοια τοῦ πρώτου τῶν ὀρεκτῶν τοῖς παμποθήτοις ἐντρυφῶσα κάλλεσι τὰ τοῖς ἄλλοις μηδ' ἀκοῇ φορητὰ ῥᾷον ἔφερεν. ἔχαιρον ἄγγελοι τὴν μακροῖς χρόνοις τῶν βροτῶν δραπετεύσασαν καρτερίαν ὀφθαλμοῖς αὖθις ἐπανελθοῦσαν ἐπιδεῖν εὐτυχήσαντες· καὶ τῇ τούτου συνηδόμενοι κατ' ἐχθρῶν ἀριστείᾳ, τὸ ἐπινίκιον ἐπανηγύριζον. ἔφριττον δαίμονες, ὧν μηδ' ἀκοῇ φέρειν ἠνείχοντο τὰ ὀνόματα, καὶ ὧν προσεπολέμουν τοῖς εἰκονίσμασι, τούτους αὖθις αὐτοῖς ἐπανατέλλοντας πράγμασι θεᾶσθαι κακοδαιμονήσαντες, καὶ βασκανίᾳ διαπριόμενοι, τοὺς ἑαυτῶν ὑπηρέτας τῆς ἀσθενείας ἐκάκιζον. Χριστὸς δέ, τοῖς πάντα λόγον νικῶσι τὸν οἰκεῖον ἀριστέα καταλαμπρύνων χαρίσμασι, τῷ νικητικῷ κατηγλάϊζε στέφει.

Δυσὶ γοῦν ἔτεσι τῇ ἀτλητοτάτῃ προσκαρτερήσας εἱρκτῇ, τῇ Σαμοθράκῃ παραπέμπεται νήσῳ· ὃ καὶ νοερῷ προϊδὼν ὀφθαλμῷ, τῷ τὴν ὑπηρεσίαν πληροῦντι προήγγειλε· καὶ τρι-

4. *ἐπείγετο* Par. 5. *τῆς*] *τοῖς* Par. 17. *ἀσθενίας* Par.

bus, ne quis humanitate ductus, ei propter Christum patienti consolationem ullam afferret. itaque corpus eius diuturna fame confectum, paulatim tabescebat; ipsumque hoc detrimenti loco erat, quod non cita morte tolleretur. morbi porro per medicorum curae absentiam grassandi nacti licentiam, gravius saeviebant, et vitam reddebant morte ipsa longe acerbiorem. at ipse, eius qui desiderabilium primatum tenet desideratissimam pulchritudinem in deliciis habens, quae nec auditu reliquis tolerabilia sunt, patienti ac aequo animo perferebat. gaudebant angeli, cum tolerantiae vim, quae longo tempore ab humanis exulaverat, postliminio reversam felici longe spectaculo cernerent: ac viri sancti praestanti adversus hostes virtute laetantes, victoriae praeconium illi concinebant. horrebant daemones, quod sanctos, quorum vel nomina audire non poterant, et imagines oppugnabant, rursum ipsis factis florentes spectare cogerentur, misereque acti invidia satellites suos, ac ministros imbecillitatis arguebant. Christus denique muneribus omnem vim dicendi superantibus pugilem suum decoratum victoriae corona donavit.

Duos igitur annos acerbissimo defunctus carcere, in Samothracem insulam deportatur: quod ipse mentis oculo prospiciens, ei, qui sibi

σὶν ἡμέραις πρὸς εἴκοσι τῇ νήσῳ προσβιοὺς, ὡς εὐώδης θυσία τῷ κοινῷ δεσπότῃ προσφέρεται, καὶ ταῖς ἐκείνου χερσὶν τὸ ἱερὸν καὶ πάναγνον ἐπαφεὶς πνεῦμα, πρὸς τὴν πάλαι ποθουμένην ἐπαναφέρεται κληρουχίαν. ἀλλ' οὐδὲ τὸ νικηφόρον τούτου σῶμα, καὶ τῇ ψυχῇ σύνδρομον ἐν πᾶσι καλοῖς, τῶν κατὰ δυνάμιν γερῶν ἀπελείπετο. χερσὶ μὲν θεοφιλῶν ξυλίνῃ κατατίθεται λάρνακι, καὶ ταῖς προσηκούσαις, ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου, γεραιρόμενον ὑμνῳδίαις, ἐξαισίοις δὲ χάρισι παρὰ θεοῦ κληϊζόμενον. λοιμοῦ γοῦν ἐπικειμένου τοῖς κατὰ τὴν νῆσον κτήνεσι, καὶ αἰφνιδίως τῷ θανάτῳ παραπέμποντος, ἄκρᾳ τῇ λάρνακι ὕδωρ ἀπομυρίσαντες, οὐ γὰρ προσψαῦσαι τοῦ θείου κατετόλμησαν σώματος, καὶ τοῖς νοσοῦσιν ἐπιρράναντες, ἐλεύθερα τῆς ἐπικειμένης αὐτοῖς ἐναπέδειξαν λοίμης.

Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ δίκην δίδωσιν μίαν ἀντὶ πολλῶν τῶν ἀδικημάτων ὁ τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας ἄγριος μονιός, ἐν ἱεροῖς τόποις, εἰς οὓς κακῶς ἐνύβρισεν, ἀσχημόνως καταστρέψας τὸν βίον· καὶ τῆς παχείας ὁμίχλης ἀπὸ μέρους ἐκκαθαρθείσης, ἀχλυώδης τις ἐλευθερίας ἐπανέτειλεν ἥλιος, λεπτοτάτοις ὑπολαμπόμενος νέφεσι. τότε δὴ τότε θαρρήσαντες οἱ τοῦ θαυμασίου φοιτηταί, λέμβῳ τῇ νήσῳ προσορμίζονται, καὶ τὸ ἀοίδιμον ἐκεῖνο καὶ λαμπροτάτας ἀποστίλβον τὰς χάριτας σῶμα σὺν τῇ λάρνακι κομισάμενοι ἐπανάγουσιν εἰς

16. *ἐνύβρισιν* Par.

ministrabat, praenunciaverat. cumque tres supra viginti illic dies egisset, tamquam suavis hostia communi domino oblatus est: illiusque manibus sacrum, ac sanctissimum spiritum suum tradens, ad haereditatem olim desideratam contendit. neque vero victoriae insignibus clarum eius corpus, ac quod animo gerenda omni virtute socium, comesque extiterat, meritis muneribus caruit, quanta in ipsum conferre licuit. nam piorum virorum manibus in lignea arca compositum, et convenientibus cantibus, ut tempus ferebat elatum, admirandis gratiis a deo fuit illustratum. cum enim lues in insulae pecora desaeviret, adeo ut mortua repente conciderent, aqua extremis illius arcae oris delibuta (neque enim corpus ausi erant contingere) pecora peste laborantia conspergebant, et periculo liberabant.

Haud multo post immitis ille ecclesiae Christi aper, multorum reatum scelerum uno supplicio luit; inque sacris locis, in quae nequiter debacchatus fuerat, turpiter vitam amisit. quare, densa caligine paulisper disiecta, obscurus quidam libertatis sol, tenuissimis nubibus sublucens emersit. tunc igitur sancti viri discipuli assumpta fiducia in insulam navigio advecti, praeclarum illud, et splendidissimis gratiis effulgens corpus cum arca sublatum, in locum quendam Hieria

τόπον τινά, σημείοις ἀπέχοντα τῆς μονῆς δύο καὶ δέκα. ὄνομα τῷ τόπῳ φασὶν Ἱέρια. . . .

Ἀλλ' ὁ δοξάζων τοὺς αὐτὸν δοξάζοντας κύριος, τῆς μελλούσης δόξης τούτου φανερῶν τὴν κατάστασιν, τοὺς ἀνὰ πᾶσαν ἐκείνην οἰκοῦντας τὴν γῆν τῶν τούτου χαρίτων μετασχεῖν ἐνεποίησεν. ἤγοντο γοῦν οἱ νόσοις ἀνηκέστοις πεπεδημένοι, κύματα θαλάττης ἀπομιμούμενοι, τῶν τούτου καλῶν εὐμοιρῆσαι διασπουδάζοντες· καὶ δαιμονῶντες μὲν βίᾳ τῷ κράτει τῆς ἐξουσίας ἑλκόμενοι, ὀλολυγμοῖς γὰρ καὶ φωναῖς ἐξαισίοις τοῦτο διεσήμαινον, τῇ θίξει μόνῃ τῆς θήκης, ἢ καὶ ἐπιμυρίσματι, τῶν ἐνοχλούντων ἀπολυόμενοι τῷ σεσωκότι δι' αὐτοῦ θεῷ τὴν προσήκουσαν ἀναφέροντες εὐχαριστίαν ἐπανῄεσαν. οἱ δὲ κρυφίως τῆς ἐκείνων λοίμης μετειληφότες, τοῖς αὐτοῖς κατανάγκοις εἰς τοὐμφανὲς ἀγομένων, τῶν ἐνοικούντων ἐπιταγῇ τοῦ ἀθλητοῦ δραπετευόντων, ἐλευθερούμενοι διεδείκνυντο. παράλυτοι ταῖς κλίναις μόλις ἐπιφερόμενοι, τῷ τούτου σθένει τὰ μέλη σφιγγόμενοι, τοῖς ὤμοις ταύτας ἀναφέροντες σὺν εὐφημίαις ἀπῄεσαν. τυφλοί, τῇ παντελεῖ τοῦ σώματος ἀπραξίᾳ πεδώμενοι, ὑφ' ἑτέρων χειραγωγούμενοι, τὸν ὄντως χειραγωγὸν ἐπιζητοῦντες ὀφθαλμὸν ἐπήρχοντο, καὶ τὸ ποθούμενον ἀμόχθως εὑρίσκοντες ἐπανῄρχοντο, τοῦ χειραγωγεῖσθαι

10. θήξει Par. εἰ καὶ Par. 18. malim ἀορασίᾳ mg. Par. male. πεδούμενοι Par.

dictum asportant, duodecim stadiorum intervallo a monasterio dissitum, inque templo S. martyris Procopii deponunt.

Hic ille, qui eos, a quibus honoratur, honoribus afficit, ut futurae gloriae sancti sui statum declararet, incolas omnes illius regionis munerum ipsius fecit esse participes. confluebant enim, undarum instar, qui morbis gravissimis, nec ullam curationem admittentibus laborantes, illius impertiri bonis satagebant; ac quidem a daemonibus vexati, invitis, ac dolorem suum clamore nimio gemituque testantibus, cum adhibita vi huc pertraherentur, solo arcae contactu, sive etiam aqua arcae attactu delibuta ab spirituum nequam vexatione soluti, deo, qui per illum sanos effecisset, quas par erat gratias agentes, domum revertebantur. qui autem clam ea peste laborabant, eadem se necessitate prodentibus daemonibus, athletaeque iussu diffugientibus, ab iis liberi reddebantur. paralytici, qui vix in lectulis suis gestari poterant, sancti virtute corroboratis membris, lectulos humeris reportantes, ad sua redibant. caeci, qui omni corporis actione destituti aliorum manibus ducebantur, verosque duces lumina requirentes venerant, voti compotes facti sine labore ita redibant, ut alienae manus opera nulla desideraretur. claudi, membra corporis, quibus gradi insuetum est, humi foede trahentes, aut alienas manus ad iter

*μετὰ τῆς νόσου δραπετεύσαντες. χωλοὶ τὰ μέλη τοῦ σώματος, ἃ τῇ γῇ προσβαίνειν οὐκ εἴωθεν ἐπ' ἐδάφους * καθυβρίζοντες, οἱ τὰς ἑτέρων χεῖρας δανειζόμενοι πρὸς τὴν ἔλευσιν, δορκάδος δίκην ἀλλόμενοι ποσὶν ἀρτίοις ἐποιοῦντο τὴν ἀναχώρησιν. ἀκοῆς δὲ καὶ τοῦ λέγειν ἕτεροι καταδικασθέντες τὴν στέρησιν, τῆς ἑτέρων ὁμιλίας παραδόξως ἐπακούοντες, ὁμόφωνον τὴν εὐχαριστίαν ἐνήργουν. αἱμορροοῦντα γύναια τῇ διηνεκεῖ χύσει τοῦ αἵματος τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ τῇ ἀποχωρήσει πρὸς νέκρωσιν ἀπαγόμενα, οὐ κρασπέδου δεσποτικοῦ, δουλικῆς δὲ θήκης ἐφαπτόμενα, παραδόξως ἀναξηρανθείσης τῆς ῥύσεως, πηγὰς εὐχαριστίας ἐγνωμόνως ἀνέβλυζον. χειρόγραφον μεστὸν μοχθηρῶν πράξεων ἐσφραγισμένον τῇ θήκῃ προσανατεθέν, ὡς μηδεπώποτε γραφὲν τοῖς πᾶσιν ἐγνωρίζετο, καὶ τὴν ἀποστολικὴν ἐξουσίαν ἐθαύμαζον τῆς τούτου θήκης ἀναβλύζουσαν. ἀλλὰ τίς ἂν λόγος τῶν τότε πραχθέντων τούτῳ τὸ πλῆθος κατὰ μέρος ἐξειπεῖν δυνήσεται, ὅπουγε καὶ κατ' εἶδος οὐκ εὐχερές; ποῖος δὲ γραφῇ παραδοῦναι, κἂν εἰ δέκα στομάτων καὶ γλωσσῶν εὐμοιρήσειεν.*

Ὅλον γοῦν ἐνιαυτὸν τῷ ναῷ τοῦ καλλινίκου Προκοπίου προσκαρτερήσαντες, τοῦ μὴ τὴν θεόβρυτον χάριν τοῦ μάκαρος ἀναστεῖλαι τῶν δεομένων, ὀψὲ καὶ μόλις τὴν εὐθὺ τῆς ἐκείνου μονῆς τρίβον ᾔεσαν, τετραμερῶς σφᾶς αὐτοὺς περὶ τὴν θήκην ἐντάξαντες. μέσσον γὰρ τῶν πατέρων οἱ πρόκριτοι

2. *οἴωθεν* Par. sed aliud vitium latet.

mutuantes, caprearum in morem rectis tibiis saliendo discedebant. qui aurium, aut linguae munere fungi non poterant, miro novoque eventu aliorum fabulantium sermones audientes, pari cum eis voce gratias agebant. foeminae, quae perpetuo fluxu sanguinis laborantes, insiti caloris discessu emortuo pene corpore fuerant, non domini fimbriae, sed servi arcae contactu mirabiliter exsiccato fluxu, grati probique animi monumento gratiarum actionis fontes promebant. chirographum flagitiosis actionibus plenum, cum obsignatum arcae admotum esset, sic omnes mundum aspexerunt, ac si nihil unquam in eo fuisset scriptum; cunctique apostolicam potestatem ex huius arca manantem suspexerunt. verum, quis ea, quae tunc ab ipso gesta sunt, singulatim valeat enarrare, cum ne genera quidem numerari facile queant? quisve etiam, quamvis illi linguae sint decem oraque decem, scriptis consignare?

Integrum igitur annum in templo illustris Christi martyris Procopii commorati, ne supplices divino viri munere prohiberent, vix tandem aliquando iter ad eius monasterium recta contenderunt, cum ordine quadruplici circa feretrum ipsius constitissent. medio enim

ὤμοισιν ἄραντες, οἷά τινα κιβωτὸν ἐκόμιζον, οὐ στάμνον ἔχουσαν ἔνδον ἀγνωμόνων τροφῆς φυλακτήριον, καὶ πλάκας λιθίνας, καὶ τὴν ῥάβδον * . . . μων. τοῦ σώματος· ὁ μόνος δείξας ἀρετὴν ἀνωτέραν μώμου παντός, ἀμβλύνας τε φθόνου κέντρα τῇ φυσικῇ γαληνότητι· ὁ θεσμοῖς ἀγάπης ἔξοχος λαμπόμενος· ὁ πίστει μηδὲν ἀμφήριστον κεκτημένῃ μόνος φραξάμενος, καὶ τὰ τῶν ἐναντίων καταβαλὼν ὀχυρώματα· ὁ ἐλπίδι Χριστοῦ τῇ ἐρραγεστάτῃ διὰ βίον θωρακισάμενος, καὶ τὰ τῶν πολεμίων δι' αὐτῆς βέλη κωφὰ πᾶσιν ἐναποδείξας καὶ μάταια· ὁ ποταμὸς τῶν χαρισμάτων τοῦ πνεύματος· ὁ πᾶσαν καρδίαν ἱλαρύνων ταῖς χάρισι· ὁ τοῦ τῆς ἐκκλησίας στερεώματος ἄδυτος ἥλιος· ὁ κόρας μὲν αἱρεσιωτῶν ἀμβλύνας τῇ τῶν δογμάτων λαμπρότητι, ψυχὰς δὲ θεοφιλῶν χειραγωγήσας πρὸς πίστιν ἀμώμητον.

Τὸ τῶν ἀσθενῶν ἰατήριον, τῶν πταιόντων τὸ ἱλαστήριον, δίδου μοι τῶν ἐπικειμένων νοσημάτων ἐλευθερίαν τάχιστα, ἵνα ῥαΐσας φανῶ πάλιν ἱκέτης εὐχάριστος. δίδου μοι τῶν ὁσημέραι προσγινομένων περιστάσεων ἀπολύτρωσιν, ἵνα ταῖς καλλίσταις τῶν πράξεων ἐκδαπανήσας τὸ δύνασθαι, δημιουργὸν ἐπιγράψω τῶν κατορθωμάτων σαφέστατα, ἁμαρτιῶν ἀγνοίας καὶ νεότητος παρὰ θεοῦ τῶν ἐμῶν ἀποκοπὰς αἰτησάμε-

3. Deest unum folium: nec minus in Lipomano, etsi illius interpres velut nulla esset lacuna cuncta connectit. mg. Par.

inter patres loco constituti viri nobiles in humeros sublatum, velut arcam quandam gestabant; in qua non urna erat ingrati populi cibum conservans, non lapideae tabulae, non virga Aaron . . . . . qui virtutem omni reprehensione superiorem ostenderat, innataque tranquillitate invidiae aculeos obtuderat; qui charitatis insignibus eximie claruerat; qui fide, cui nihil ambiguum est, in primis praestiterat, inque ea adversariorum munitiones everterat; qui spe Christi firmissima velut thorace munitus atque protectus, hostium tela prorsus inania stultaque ostenderat; qui donorum spiritus fluvius erat; qui pectus omne quibus affluebat gratiis, exhilararet; in ecclesiae firmamento sol occasum nesciens, semperque lucidus esset: qui haereticorum oculos doctrinae splendore perstrinxerat, piorumque animos ad fidem inculpatam direxerat.

O aegrotantium medice! o peccatorum propitiatio, largire mihi celerem mearum aegritudinum curationem: ut recuperata sanitate, rursum ad te supplex accedam, gratique animi testimonium afferam. libera me a periculis, quae quotidie imminent, ut cum pulcherrimis factis pro virili mea incubuero, illorum te auctorem perspicue agnoscam. ignorantiae ac iuventutis delicta mea divina aboleri clemen-

νος, ὥς πρὶν ἐκείνου τοῦ τῇ σῇ θήκῃ τὸν χάρτην ἀναθεμένου, λαμπρὸν προστάτην τοῦ φοβεροῦ βήματος ἐναπόδειξον· τοῦ καθ' ἡμῶν κακίστου φθόνου τὰ κέντρα παραδόξως ἀμβλύνας, ἀνωτέρους τῆς τῶν βασκαίνων διατήρησον λοίμης· ἵν' ἀπρόσκοπον διὰ σοῦ τὴν τῆς σωτηρίας διανύοντες τρίβον, τὸ ἐπινίκιον τῆς σῆς σεπτῆς ἀριστείας σὺν εὐθυμίᾳ πανηγυρίζωμεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐς ἀεί.

8. *ἐς ἀεὶ*] *καὶ* Par.

tia exorans, uti quondam illius, qui tuo chartam imposuit loculo, praeclarum te mihi patronum ante iudicis tremendum tribunal ostendito. pessimae contra nos incitatae invidiae tela mira dexteritate detundens, ab invidorum peste tutos integrosque conserva: ut sine offensione praesidio tuo salutis semitam conficientes, venerandi tui certaminis tropaea laetis animis celebremus; in Christo Iesu domino nostro: cui gloria et imperium in saecula saeculorum.

Τῷ αὐτῷ μηνὶ ιβ', τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοφάνους τοῦ ὁμολογητοῦ τῆς Σιγγριανῆς.

Mensis Martis die 12. sancti patris nostri Theophanis confessoris Singrianae monachi.

Εἰς τό, Κύριε ἐκέκραξα, στίχειρον. ἦχος πλαγ. δ'.

Ὦ τοῦ παραδόξου θαύματος.

Πάτερ θεόφρον Θεόφανες, θεοφανείας Χριστοῦ κεκλημένος ἐπώνυμος, ζωηφόροις ἴχνεσι τοῖς αὐτοῦ ἠκολούθησας, καὶ τὰ τερπνὰ τοῦ βίου κατέλιπες, ἐνατενίζων τῷ ποθουμένῳ σοι κάλλει, πανάριστε· καὶ ταῖς θείαις νεύσεσι ταῖς πρὸς αὐτὸν ἄριστα θεούμενος καὶ τελεώτατα.

Ὅμοιον.

Πάτερ θεόφρον Θεόφανες ὑπερορίας πικρὰς ἀσθενῶς διακείμενος καρτερῶς ὑπήνεγκας, ἀφειδήσας τοῦ σώματος

1. fort. τῷ Μαρτίῳ μηνί.

Ad vesperas versiculus. tonus obliquus 4.

O novum miraculum.

Divino sensu praedite pater Theophanes, a Christi nomen sortitus apparitione, eius vivifica pressisti vestigia, ac saeculi reliquisti oblectamenta, in desideratam tibi pulchritudinem animo intendens, o vir optime, divinaque in eam propensione deitatem praeclare ac perfectissime induens.

Similis.

Divino sensu praedite pater Theophanes, molesta exilia cum imbecillo esses corpore fortiter sustinuisti, oblitus corpori parcere ob

ὑπὲρ σεπτῶν εἰκόνων, πανεύφημε· θυμῷ λεόντων ἐξοριζόμενος ὡς κατορχούμενος τὰς βουλὰς ἐμώρανας, καὶ λογισμοὺς ὄντως ματαιόφρονας καὶ νοῦν ἀλάστορα.

Ὅμοιον.

Ὄντως ἀμοιβὰς τῶν πόνων σου τῶν ἀγαθῶν ὁ δοτὴρ δαψιλῶς σοι δεδώρηται, ἀπελαύνειν δαίμονας, θεραπεύειν νοσήματα παρεσχηκώς, τρισμάκαρ, τὴν δύναμιν· κατηξιώθης καὶ τῆς ἀφράστου χαρᾶς ἔνθα χορεύουσι τῶν ἀγγέλων τάγματα, διὰ παντὸς πρόσωπον θεώμενος τοῦ παντοκράτορος.

Κανὼν τοῦ ἁγίου, οὗ ἡ ἀκροστιχίς· Θεοφάνης μέλπει τε τὸν Θεοφάνην.

Ὠιδ. α'. ἦχ. δ'.

Θαλάσσης τὸ Ἐρυθραῖον πέλαγος.

Θεοῦ τοῦ σαρκὶ φανέντος ἴχνεσιν ἐπηκολούθησας, ἐν ευσεβείᾳ πάτερ πυρσωθείς, ὡς ἐντεῦθεν τὴν κλῆσιν πλουτεῖν τὴν ἀληθῶς φερώνυμον, ὡς τῇ προνοίᾳ προτετύπωτο.

Ἐθέλχθης ποθεινοτάτῳ ἔρωτι τῷ τοῦ δεσπότου σου κα-

venerandas imagines, vir clarissime; exilio relegatus, velut qui leoninae feritatis viro insultares, consilia fatua ostendisti, vereque stultas cogitationes, ac mentem nequissimam.

Similis.

Vere laborum quos posuisti praemia bonorum tibi dator uberrime donavit, vim praebens fugandi daemones, morbosque curandi, o ter beate. accessit et gaudium nullis verbis explicabile, ubi angelorum agmina choros ducunt, ipseque semper omnipotentis vultum contemplaris.

Canon in S. laudem, cuius initiales stroph. literae e Graeco hunc sensum reddunt. Theophanes Theophanem modulis canit.

Ode 1. tonus 4.

Maris rubrum pelagus.

Dei qui in carne apparuit vestigia secutus es, pater pietatis luce illustris; ut inde congruam vere nominis appellationem feliciter consecutus sis, pro eo ac providentia praefinitum erat.

Dulcissimo domini tui amore delinitus es, ut saeculi amorem

ταφρονῆσαι πόθον κοσμικοῦ· συγκραθεὶς δὲ τῇ χάριτι βιοτικὴν τερπνότητα οὐδὲν ἡγήσω, παμμακάριστε.

Ὁρμήσας θηριωδῶς ἐδίωξε Λέων ὁ τύραννος τοὺς ἐκλεκτοὺς, μὴ φέρων ὁρᾷν τιμωμένην εἰκόνα Χριστοῦ. μεθ' ὧν καί σε, Θεόφανες, ὑπερορίᾳ κατεδίκασεν.

Ὠιδ. γ'. Ὁ εἱρμος.

Οὐκ ἐν σοφίᾳ.

Φωτὸς τοῦ θείου πεπλησμένος ὡράθης, Θεόφανες, δι' ἀγάπης συγκραθεὶς τῷ ποθουμένῳ, μακάριε· διό σου τὴν ἔνδοξον μνήμην γεραίρομεν.

Ἀπαγορεύσας τὰ δυσσεβῆ τοῦ Λέοντος δόγματα, τοὺς θεσμοὺς πανευσεβῶς τῆς ἐκκλησίας ἐκράτυνας· διό σε θαύμασι Χριστὸς ἐδόξασε.

Νενευρωμένη τῆς ἐλπίδος καὶ πίστεως, ὅσιε, τῆς σαρκὸς τὸ ἀσθενὲς ψυχὴ στερρότητι ῥώννυσι, θεῷ οἰκειώσασα σῶμα ὁμόδουλον.

Κάθισμα. ἦχ. γ'.

Θείας πίστεως.

Ζῆλον ἔνθεον προσκεκτημένης, δόγμα ἄθεον ἀπεβδελύξω,

contemneres: porro autem gratia imbutus, mundi dulcia nihili fecisti, perquam beatissime.

Ferali modo irruens Leo tyrannus electos persecutus est, non ferens videre Christi imaginem venerationem habere: cum quibus te quoque, o Theophanes, damnavit exilio.

Ode 3. tractus.

Non in sapientia.

Divina plenus luce Theophanes apparuisti, charitatis vi desiderato cohaerens, o beate: eam ob rem gloriosam tuam memoriam veneramur.

Impia Leonis dogmata tibi interdicens, pie admodum confirmasti ecclesiae leges: quamobrem te Christus clarum miraculis effecit.

Roboratus, vir sancte, animus spei, atque fidei firmitate, carnis imbecillitatem roborat; utique conservum corpus deo concilians.

Sessio. tonus 3.

Divina fide.

Divina praeditus aemulatione, impium dogma detestatus es, mul-

καὶ κινδύνοις πολυτρόποις ὡμίλησας, ὑπερορίαις ἀδίκως στελλόμενος καὶ εὐσεβῶς παμμάκαρ τελειούμενος. πάτερ Θεόφανες, Χριστὸν τὸν θεὸν ἱκέτευε δωρήσασθαι ἡμῖν τὸ μέγα ἔλεος.

Ὠιδ. δ'.

Ἐπαρθέντα σε ἰδοῦσα ἡ ἐκκλησία.

Ἡ οὐράνιος ἡτοίμασται βασιλεία ὡς ἀθλητῇ σοί, ἔνδοξε· τῆς γὰρ ἐπιγείου χαίρων μετετέθης σκηνῆς, βοῶν τῷ δεσπότῃ· δόξα τῇ δυνάμει σου, κύριε.

Στεφανηφόρος Θεόφανες ἀνεδείχθης. τὸ γὰρ σεπτὸν εἰκόνισμα Χριστοῦ, θεοφόρε μάκαρ, οὐκ ἠρνήσω τιμᾶν· διὸ καὶ ἔκραζες· δόξα τῇ δυνάμει σου, κύριε.

Μεθιστάμενος προστάγματι τοῦ τυράννου τοῦ δυσσεβοῦς ὁ ὅσιος, σαρκὸς ἀσθενείας ὅλως οὐκ ἐφρόντισε, κραυγάζων τῷ κτίσαντι· δόξα τῇ δυνάμει σου, κύριε.

Ἐμεγαλύνθης τοῖς θαύμασι, θεοφόρε. ὁ γὰρ θεὸς ἠμείψατό σε τῆς καρτερίας· ὅθεν καὶ ἰάματα πηγάζεις τοῖς χρῄζουσιν ὥσπερ ἐκ πηγῆς, ἱερώτατε.

tisque ac variis periculis es defunctus, iniuste deportatus exilio, pieque, o beatissime, consummatus. pater Theophanes, Christo deo supplica, ut magna nos misericordia donet.

Ode 4.

Sublimem elatum videns te ecclesia.

Caelorum tibi regnum, vir sancte, paratum est tanquam athletae: terreno enim tabernaculo gaudens translatus es clamans domino, gloria potentiae tuae, domine.

Triumphator Theophanes effectus es. venerandam quippe Christi effigiem non abnuisti colere, deo afflate vir beate: idcirco etiam clamabas, gloria potentiae tuae, domine.

Exilio eiectus vir sanctus impii tyranni decreto, imbecillae carnis nullam prorsus rationem habuit, clamans auctori, gloria potentiae tuae, domine.

Magnificis effulsisti miraculis, vir deo plene: deus namque vicem reddidit sustinentiae; quamobrem etiam velut e fonte sanationum remedia egentibus fundis, vir sacratissime.

Ὠιδ. ε'.

Σὺ κύριέ μου φῶς.

Λόγῳ πανευσεβεῖ ὀρθοδόξως ἐκήρυξεν ὁ ὅσιος Θεοφάνης τὸ τῆς πίστεως δόγμα, τῷ πνεύματι λαμπόμενος.

Πλοῦτον παντοδαπῆ θεοφρόνως διένειμας προστάγματι τοῦ δεσπότου τοῖς πενίᾳ συζῶσιν ἑπόμενος, πανεύφημε.

Ἔχων τὴν ψυχὴν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, τὴν ἄχραντον τοῦ δεσπότου προσεκύνεις εἰκόνα, τῷ πόθῳ ἀσπαζόμενος.

Ὠιδ. ς'.

Θύσω σοι μετὰ φωνῆς αἰνέσεως, κύριε.

Ἴθυνον πρὸς ἀρετὴν τὸν βίον μου, ὅσιε· τὴν τῆς ἀσκήσεως τρίβον ταῖς εὐχαῖς σου, πάτερ, ἐξομαλίσας, ἣν συντόνως εὐθυπορεῖν με, μάκαρ, ἀξίωσον.

Σωφρόνως σου τὴν ζωὴν διήνυσας, ὅσιε· μετὰ φρονήσεως γὰρ ἔσχες, σὺν ἀνδρείᾳ γὰρ τὴν δικαιοσύνην, καὶ τῷ κύκλῳ τῶν ἀρετῶν ἐφάνης κοσμούμενος.

Εὐκλείας μαρτυρικῆς ἐπέβης, Θεόφανες, τῆς θεομήτορος κόρης καὶ μαρτύρων, πάτερ, τοὺς χαρακτῆρας ὡς τιμήσας, καὶ τοῖς διώκταις ἀντιταττόμενος.

Ode 5.

Tu domine meum lumen.

Piissima doctrina orthodoxae fidei doctrinam praedicavit sanctus Theophanes, spiritus luce illustratus.

Uberes divitias divino sensu egenis distribuisti, domini praecepto obsecutus, vir clarissime.

Qui ad auctoris imaginem animo conditus esses, intemeratam domini venerabaris imaginem, desiderio exosculans.

Ode 6.

Sacrificabo tibi cum voce laudis, domine.

Dirige ad virtutem vitam meam, vir sancte, religiosae institutionis semitam tuis, pater, precibus complanans; quam roga, vir beate, ut recto tramite concite ac contente percurram.

Sobrie casteque vitam peregisti, vir sancte: quippe cum prudentia, fortitudine, ac iustitia praeditus fuisti, virtutumque choro ornatus eluxisti.

Martyris claritatem Theophanes adeptus es, velut qui dei parentis puellae, martyrumque imagines, o pater, veneratus sis, ac persecutoribus resisteres.

Κοντάκιον. ἦχος β΄.

Τὰ ἄνω ζητῶν.

Ἐξ ὕψους λαβὼν τὴν θείαν ἀποκάλυψιν ἐξῆλθες σπουδῇ ἐκ μέσων τῶν θορύβων, καὶ μονάσας, ὅσιε, εἴληφας ἐνεργείας καὶ προφητείας ἀξίωμα, συμβίου καὶ πλούτου στερούμενος.

Ὁ οἶκος.

Ἐπὶ τῆς γῆς μηδὲν προθυμήσας, ἠκολούθησας χαίρων τῷ καλοῦντί σε Χριστῷ, καὶ τὸν ζυγὸν αὐτοῦ ἔλαβες ἐπὶ τῶν ὤμων τῶν σῶν προθύμως, καὶ ἀνάπαυσιν εὗρες τῇ ψυχῇ σου. ἥν περ κἀμοὶ τῷ πτωχῷ καὶ ῥαθύμῳ κατάπεμψον, τῷ λέγοντι, καὶ μηδ' ὅλως ἐκποιοῦντι, ἀλλ' ἔτι σχολάζοντι ἐν τοῖς τοῦ βίου πράγμασι, καὶ θαυμάζοντι πῶς πάντα ἔφυγες, συμβίου καὶ πλούτου στερούμενος.

Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοφάνους τοῦ ὁμολογητοῦ, τοῦ τῆς Σιγγριανῆς, τοῦ ἐν τῷ μεγάλῳ ἀγρῷ κειμένου.

Οὗτος πατρὸς μὲν ἔφυ Ἰσαάκ, μητρὸς δὲ Θεοδότης. τοῦ δὲ πατρὸς τελευτήσαντος ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ διεπομένῃ τῶν

Contacium. tonus 2.

Superna quaerens.

Divina e celso revelatione accepta, e mediis turbis festinus excessisti, monachique amplexus institutum, vir sancte, operationis ac prophetiae munus accepisti, uxore carens atque divitiis.

Domus.

Cum in terra nihil cuperes, vocantem Christum gaudens secutus es, eiusque iugum in humeros tuos alacri animo sustulisti, ac requiem animae tuae invenisti. hanc mihi quoque pauperi segnique mitte, qui dicam, nec prorsus efficiam, sed vacem adhuc saeculi curis; mirerque, ut cuncta effugeris, coniuge carens atque divitiis.

Memoria sancti patris nostri Theophanis confessoris Singrianae monachi, qui in magno agro quiescit.

Hic Isaacio patre natus est, matre autem Theodota. patre mortuo, dum Aegeopelagitarum praefecturam gerit, sub matris cura insti-

Αἰγαιοπελαγητῶν ἀρχῇ, ἣν παρὰ τῇ μητρὶ ἀναγόμενος καὶ τρεφόμενος. γενομένου δὲ αὐτοῦ ιβ΄ ἔτους, ἁρμόζεται γυναικί, καὶ αὐτῇ συνδιάγων ἦν χρόνους η΄. πλοῦτος δὲ ἦν ἀμφοτέροις πολύς. συμβούλῳ δέ τινι χρησάμενος ἰδίῳ οἰκέτῃ, πόθον ἔσχε πολὺν τὸν τῶν μοναστῶν ὑπελθεῖν βίον. τῆς δὲ μητρὸς τὸν βίον ἀπολιπούσης καὶ πλοῦτον ἄπειρον αὐτῷ καταλελοιπυίας, ὁ κηδεστὴς αὐτοῦ πληρῶσαι τὰ τῷ γάμῳ νενομισμένα τοῦτον ἐξεβιάζετο. καὶ δὴ τῆς κυρίας ἡμέρας καταλαβούσης, καὶ παστὰς ἐπήγνυτο, καὶ ὑμέναιος ᾔδετο, καὶ τὰ λοιπὰ ἐτελεῖτο. ἐπεὶ δὲ ὁ καιρὸς αὐτὸν τὸν μακάριον καὶ τὴν σύνευνον καταμόνας γενέσθαι ἐκάλει, τὰ τῶν λογισμῶν αὐτοῦ κρύφια ἐφανέρου τῇ νεανίδι, ᾗ τὶς καὶ συγκατέθετο· καὶ εἴ τι δ' ἂν καὶ βούληται αὐτὸς πράττειν, καὶ αὐτὴ τοῦτο μετὰ προθυμίας διεβεβαιοῦτο ποιεῖν. ὅπερ ἀκούσας, ηὐχαρίστησε τῷ θεῷ. ἔκ τοτε οὖν ἐποίουν ἀμφότεροι τὰς ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς εὐχάς. ταῦτα μαθὼν Λέων ὁ δυσσεβὴς βασιλεὺς καὶ ὁ τούτου κηδεστής, διεκώλυε τοὺς νέους τοῦ σκοποῦ. ἐξαπέστειλε δὲ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸ τῆς Κυζίκου κάστρον συγχειρήσοντα· ἤδη γὰρ τότε ἐκτίζετο· καὶ ἀπελθὼν ὁ τίμιος παῖς ἐξ ἰδίων ἀναλωμάτων τὴν τοῦ κρατοῦντος δουλείαν πεποίηκε. τῷ δὲ εἰκοστῷ πρώτῳ χρόνῳ τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, ὅ τε θηριώνυμος βασιλεὺς καὶ ὁ πενθερὸς αὐτοῦ καταστρέφουσι τὸν βίον· καὶ λοιπὸν ἐν ἐλευθερίᾳ οὐ μόνον

22. *θυριώνυμος* Par.

tuitur, ac educatur. annorum factus duodecim, foeminae desponsae iunctus, cum ea annis octo vitam socialem agit. erant ambo opibus locupletissimi. porro famuli cuiusdam domestici consiliis inductus, ingenti desiderio tenebatur amplectendi status monastici. matre vivis exempta, immensisque filio relictis divitiis, cogebat socer ut nuptiarum legitima impleret, uxoremque filiam duceret. ac vero cum constituta dies advenisset, ponitur thalamus, hymenaeus occinitur, reliquaque nuptiarum solennia peraguntur. urgebat tempus, iamque vir beatus cum coniuge thalami secreta erat petiturus. tum illo animi arcanum detegente, puella lubens assentitur, certoque affirmat, si quid ille velit, se quoque prompte facturam. his iuvenis auditis, deo gratias agit: exindeque ambo diu noctuque precibus assidui erant. re cognita, Leo impius imperator, ac viri socer, a proposito adolescentes prohibuerunt. misit namque imperator Cyzicum, eam in urbem suam operam collaturum: iam enim tum exstruebatur. abiens vero praeclarus iuvenis, suis ipse sumptibus, quod imperatoris iussu urbi praestandum erat, effecit. aetatis porro illius anno vigesimo primo,

ὁ νέος, ἀλλὰ καὶ ἡ οἰκουμένη γίνεται, Εἰρήνης τὰ σκῆπτρα διαδεξαμένης. ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν πάντα αὐτῷ γέγονε, τοῖς ἐνδεέσι καὶ πτωχοῖς τὴν οὐσίαν αὐτοῦ διεσκόρπισε, καὶ τοὺς οἰκείους ἐλευθερίᾳ τετίμηκε· τῇ δὲ τιμίᾳ αὐτοῦ συζύγῳ χρήματα πολλὰ παρασχόμενος, ἐν τῇ τοῦ Πρίγκιπος μονῇ ἀπέκειρεν, Εἰρήνην αὐτὴν ἀντὶ Μεγάλους ὀνομάσας. αὐτὸς δὲ τῷ κυρίῳ ἑαυτὸν προσφέρων ἱερουργεῖ ἐν τῇ ἐν τῷ τῶν Σιγγριανιαίων ὄρει κειμένῃ μόνῃ, Πολυχρονίᾳ λεγομένῃ. μοναχοῦ δὲ αὐτοῦ γενομένου, οὐδ' ὅλως τὸ ἄρχειν κατεδέξατο· ἀλλ' ἐν τῇ κέλλῃ καθεζόμενος, ἐξ οἰκείων χειρῶν τὴν τροφὴν ἐπορίζετο, καλλιγραφῶν ἑξαετῆ χρόνον διηνεκῶς ἐν τῇ καλουμένῃ νήσῳ τῆς Καλωνύμου, ἐν ᾗ συνεστήσατο αὐτὸς μονῇ· καὶ πάλιν ἔρχεται ἐν τῷ τῆς Σιγγριανῆς ὄρει. τῷ δὲ πεντηκοστῷ τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνῳ, ἀσθενείᾳ τινὶ παραδίδοται, ἥτις ἦν λιθίασις κύστεως καὶ νεφριτικῆς ἀκολουθίας σύμπτωμα. ἐκ τούτου λοιπὸν τοῦ χαλεποῦ νοσήματος ἔμεινε διὰ παντὸς τοῦ βίου κλινήρης καὶ ἀκίνητος. μετὰ ταῦτα ἐδέξατο τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας Λέων ὁ Ἀρμένιος. ἀλλ' οἷα τούτῳ συμβέβηκεν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. τέως δὲ ὁ ἀνόητος καὶ ἀνόσιος πέμπει πρὸς τὸν τοῦ θεοῦ ἄνθρωπον, ἐλθέ, λέγων, εὖξαι ὑπὲρ ἡμῶν, ὅτι κατὰ βαρβάρων ἀπέρχομαι. αὐτὸς δὲ διὰ τὸ ἀκίνητος εἶναι, ἐκ τῆς ἁμάξης μετετέθη εἰς πλοῖον, καὶ ἤχθη πρὸς

cum Leo imperator, tum viri socer vitam commutant, deincepsque nedum iuvenis, sed et orbis ipse liber agit, Irene augusta sceptra postmodum moderante. cum itaque ex voto cuncta successissent, egenis ac pauperibus substantiam distribuit, servosque libertate donavit. nobilissimae autem coniugi elargitus multas pecunias, in Principis ita dicto monasterio detondit, Megalus nomine in Irenen illi commutato. is vero se domino munus consecrat in monasterio, quod in Singrianorum monte situm Polychronii nuncupationem habet. factus monachus, praeesse nullo modo sustinuit, sed in cellula sedens, manuum labore victum parabat, scribendis codicibus sese impendens annos sex continuos in insula dicta Calonymus, in eo monasterio quod exstruxerat: iterumque revertitur ad Singrianae montem. aetatis autem anno quinquagesimo aegritudini corpusculum traditur, nempe vesica petrescente, ac renum molesto illi dolore. ex illo deinceps morbo afflicta valetudine, totam vitam lecto decumbens egit, nec sibi motum imperare valens. postea Leo Armenius imperii sceptra capessit: verum quid illi acciderit, nemo nescit. hactenus vero homo demens scelestusque ad dei virum mittit, iubetque veniat, ac sibi comprecetur, quod adversus hostes expeditionem suscepturus sit. ille quod aegro corpore sese movere non posset, e plaustro in scapham transfer-

τὴν βασιλεύουσαν· καὶ τῆς μὲν δυσειδοῦς ὄψεως τοῦ τυράννου οὐκ ἔτυχε· πλὴν μηνύσει ἐχρήσατο πρὸς αὐτόν· εἰ κατανεύσεις λέγων τῇ παρακλήσει μου, καὶ σοὶ καὶ τῇ μονῇ σου ἀγαθὰ παρέξω· εἰ δὲ μή γε, ξύλῳ ἀγχόνης σε παραδειγματίσων, καὶ τῶν λοιπῶν εἰς φόβον σε προσθήσω. ὁ δὲ ὁμολογητής· τῶν δωρεῶν σου ἔφη, μὴ κενώσῃς τοὺς θησαυρούς· τὸ δὲ ἀγχόνης ξύλον, ἢ καὶ τὸ πῦρ εὐτρέπισον σήμερον· τοῦτο γὰρ ἐφίεμαι διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ μου ἀγάπην. ταῦτα ὁ ἀναιδὴς ἀκούσας, παρέδωκεν αὐτὸν Ἰωάννῃ τῷ μάντει περὶ λόγους αὐχοῦντι καὶ τὸ μῖσος τῶν Εἰκονομάχων ἐμπεπλησμένῳ, στρεβλότητι ἀντεπεκκλῖναι αὐτὸν ἡγούμενος. ὃς παραληφθεὶς ἐν τῇ Ὁρμίδι μονῇ Σεργίου καὶ Βάκχου τῇ παρακειμένῃ τῷ παλατίῳ, καὶ πρὸς λόγων ἅμιλλαν τῷ μάντει συνελθών, καὶ τοῦτον ἡττήσας, καὶ τῷ περιόντι τῆς σοφίας καταβροντήσας, καὶ τὸ ἀμετάθετον ἐνδειξάμενος, τοῦτον ᾐσχυμένον εἰς τὸν μανιώδη τύραννον ἀπέπεμψεν. ἀγροίκου μᾶλλον ἢ ῥήτορος δόξαν ὁ δείλαιος ἀπηνέγκατο. ὃς ἀνελθὼν πρὸς αὐτόν, κρεῖσσον ἔφη βασιλεῦ κηρῷ μαλάξαι σίδηρον, ἢ πεῖσαι τὸν ἄνδρα μεταθεῖναι πρὸς τὸ σοὶ ἐφετόν. τούτων ἐπακούσας ὁ τύραννος, μετάγει τοῦτον εἰς τὰ Ἐλευθερίου ἀνάκτορα, καὶ κατακλείει αὐτὸν ἔν τινι οἰκήματι σκοτεινοτάτῳ, καταστήσας καὶ φρουροὺς ὡς μηδὲ διακονεῖσθαι αὐτὸν παρά

4. ἀγχόνῃ Par. 8. τὴν διὰ τοῦ Par.

